

THE SARUM RITE  
Breviarium Sarisburiense cum nota.

Tome B.  
Fasciculus 35.  
Pagine 1401-1415.

Dominica iij. post pascha.  
Ebdomada iij. post pascha.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.  
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.  
MMX.

*The Sarum Rite* is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

*The Sarum Rite* is distributed over the internet through .pdf files located at: [www.sarum-chant.ca](http://www.sarum-chant.ca)

This document first published July 1 2010.

Revised October 2011, July 2022.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

[www.gregorian.ca](http://www.gregorian.ca)

© The Gregorian Institute of Canada, 2010.

[Dominica tertia post pascha.]<sup>1</sup>

1. **A.** **¶** Dominica 3. post pascha de servitio dominicali. Ad 1. vespervas fiat processio, ad matutinas et ad 2. vespervas fiat memoria de resurrectione.  
Feria 2. et 6. de feria cum **R̄**. de 2. et 4. feria, cum missa dominicali in 2. feria.  
Feria 3. 5. et sabbato de commemorationibus.
2. **A.** **¶** Dominica 3. post pascha de S. Georgio. Ad 1. vespervas fiat solennia memoria de dominica et processio, ad matutinas et ad 2. vespervas fiat solennis memoria de dominica et de resurrectione.  
Feria 2. de feria et cum **R̄**. de 4. feria et cum missa dominicali.  
Feria 4. 5. et sabbato de commemorationibus.  
Feria 6. de sancto [Vitale],<sup>2</sup> cap. *Beátus vir qui in sapiéntia*. [68o].
3. **A.** **¶** Dominica 3. post pascha de dominica. 2. vespere erunt de apostolis [Philippo et Jacobo]<sup>3</sup> : et solennis memoria de dominica et de resurrectione.  
Feria 3. 5. et 6. de commemorationibus, et missa dominicalis dicitur in capitulo in 3. feria.
4. **A.** **¶** Dominica 3. post pascha de S. Johanne de Beverlaco episcopo et confessore, omnia de communi. Ad 1. vespervas memoria de apostolo [Johanne ante port. latin.],<sup>4</sup> de dominica et processio, ad matutinas et ad 2. vespervas fiat memoria de dominica et de resurrectione.  
Feria 3. 5. et sabbato de commemorationibus.  
Feria 6.<sup>5</sup> de feria cum **R̄**. de 2. feria et cum missa dominicali, et **R̄**. de 3. et 4. feriis pretermittantur.
5. **A.** **¶** Dominica 3. post pascha de servitio dominicali.  
Feria 2. et 4. de feria cum **R̄**. de 2. et 3. feria et **R̄**. de 4. feria pretermittantur, cum missa dominicali in 2. feria.  
Feria 3. 5. et sabbato de commemorationibus.
1. **B.** **¶** Dominica tertia post pascha de servitio dominicali.  
Feria 2. de feria cum **R̄**. de 4. feria, et cum missa dominicali.  
Feria 4. 5. et 6. de commemorationibus.
2. **B.** **¶** Dominica 3. post pascha de servitio dominicali. Ad 1. vespervas que erunt de festo [S. Georgii]<sup>6</sup> fiat solennis memoria de dominica et processio. Ad 2. vespervas que erunt de S. Marco fiat solennis memoria de dominica et de resurrectione.  
Feria 3. de feria cum **R̄**. de 4. feria et cum missa dominicali.

Feria 4. 6. et sabbato de commemorationibus.

3. **B.** **¶** Dominica 3. post pascha de festo apostolorum [Philippi et Jacobi].<sup>7</sup> Ad 1. vespas solennis memoria de dominica et processio.

Feria 2. 4. et 5. de commemorationibus. Missa dominicalis dicitur in capitulo in 2. feria et **R.** de 4. feria pretermittantur.

4. **B.** **¶** Dominica 3. post pascha de servitio dominicali.

Feria 2. de feria cum **R.** de 2. feria cum missa dominicali.

Feria 4. 6. et sabbato de commemorationibus et **R.** de 3. et 4. feriis pretermittantur.

5. **B.** **¶** Dominica 3. post pascha de servitio dominicali.

Feria 2. et 6. de feria cum **R.** de 2. et 3. feria cum missa dominicali in 2. feria et **R.** de 4. feria pretermittantur.

Feria 3. 4. et sabbato de commemorationibus.

1. **C.** **¶** Dominica tertia post pascha de servitio dominicali.

Feria 3. 5. et sabbato de commemorationibus.

Feria 4. de feria cum **R.** de eadem feria cum missa dominicali.

2. **C.** **¶** Dominica 3. post pascha de S. Marco. Ad 1. vespas fiat solennis memoria de dominica et processio ad matutinas. Ad 2. vespas fiat solennis memoria de dominica et de resurrectione.

Feria 2. de feria cum **R.** de 4. feria cum<sup>8</sup> missa dominicali.

Feria 3. 5. et 6. de commemorationibus.

3. **C.** **¶** Dominica 3. post pascha de servitio dominicali. Ad 1. vespas que erunt de apostolis [Philippo et Jacobo]<sup>9</sup> fiat solennis memoria de dominica et processio, ad matutinas memoria de resurrectione. Ad 2. vespas fiat solennis memoria de martyribus [Alexandro Eventio et Theodulio],<sup>10</sup> de dominica et processio sed nulla memoria de resurrectione.

Feria 3. 4. et sabbato de commemorationibus et **R.** de 4. feria pretermittantur, et missa dominicalis dicitur in capitulo [feria 3.].<sup>11</sup>

4. **C.** **¶** Dominica 3. post pascha de servitio dominicali.

Feria 3. de S. Georgio.

Feria 5. 6. et sabbato de commemorationibus et missa dominicalis dicitur in capitulo in 2. feria et omnia **R.** ferialia pretermittantur.

5. **C.** **¶** Dominica 3. post pascha de servitio dominicali.

Feria 2. et 5. de feria cum **R.** de 2. et 3. feria cum missa dominicali in 2. feria.

Feria 3. 6. et sabbato de commemorationibus et  $\mathcal{R}$ . de 4. feria pretermittantur.

In v. feria dicuntur epistola et evangelium de 4. feria.

1.  $\mathcal{D}$ .  $\mathcal{C}$  Dominica tertia post pascha de servitio dominicali.  
Feria 2. et 4. de feria cum  $\mathcal{R}$ . de 2. et 3. feria cum missa dominicali in 2. feria.  
Feria 5. 6. et sabbato de commemorationibus.
2.  $\mathcal{D}$ .  $\mathcal{C}$  Dominica 3. post pascha de servitio dominicali et memoria de sancto [Alphego]<sup>12</sup> et processio.  
Feria 2. de feria cum  $\mathcal{R}$ . de 4. feria et cum missa dominicali in 2. feria.  
Feria 3. 4. et 6.<sup>13</sup> de commemorationibus.
3.  $\mathcal{D}$ .  $\mathcal{C}$  Dominica 3. post pascha de servitio dominicali. Ad i. vespervas que erunt de sancto Marco fiat solennis memoria de dominica et processio. [139v.]  
Feria 2. de feria cum  $\mathcal{R}$ . de 4. feria et cum missa dominicali.  
Feria 4. 5. et sabbato de commemorationibus.
4.  $\mathcal{D}$ .  $\mathcal{C}$  Dominica 3. post pascha de cruce. Ad i. vespervas fiat solennis memoria de martyribus [Alexandro Eventio et Theodulio],<sup>14</sup> de dominica et processio sed nulla fiat memoria de resurrectione.  
Feria 2. de feria cum  $\mathcal{R}$ . de 4. feria et cum missa dominicali.  
Feria 3. 6. et sabbato de commemorationibus.
5.  $\mathcal{D}$ .  $\mathcal{C}$  Dominica 3. post pascha de servitio dominicali.  
Feria 2. et 4. de feria, cum  $\mathcal{R}$ . de 2. et 3. feria cum missa dominicali in 2. feria.  
Feria 5. 6. et sabbato de commemorationibus et  $\mathcal{R}$ . de 4. feria pretermittantur.
1.  $\mathcal{E}$ .  $\mathcal{C}$  Dominica tertia post pascha de servitio dominicali.  
Feria 3. v. et sabbato de commemorationibus.  
Feria 4. et 6. de feria cum  $\mathcal{R}$ . de 2. et 3. feria cum missa dominicali in 4. feria.
2.  $\mathcal{E}$ .  $\mathcal{C}$  Dominica 3. post pascha de servitio dominicali.  
Feria 2. 3. et sabbato de commemorationibus.  
Feria 5. de feria cum  $\mathcal{R}$ . de 4. feria, cum missa dominicali.
3.  $\mathcal{E}$ .  $\mathcal{C}$  Dominica 3. post pascha de servitio dominicali.  
Feria 3. 4. et 6. de commemorationibus et  $\mathcal{R}$ . de 4. feria pretermittantur : et missa dominicalis dicitur in capitulo in 3. feria.
4.  $\mathcal{E}$ .  $\mathcal{C}$  Dominica 3. post pascha de servitio dominicali. Ad i. vespervas que erunt de S. cruce fiat solennis memoria de dominica nulla processio nec ulla memoria de resurrectione.  
Feria 2. de feria cum  $\mathcal{R}$ . de 3. feria et cum missa dominicali et  $\mathcal{R}$ . de 4. feria

pretermittantur.

Feria 5. 6. et sabbato de commemorationibus.

5. **☉**. **☿** Dominica 3. post pascha de servitio dominicali.  
 Feria 2. de martyribus [Nereo Achilleo et Pancratio].<sup>15</sup>  
 Feria 3. de S. Marco.  
 Feria 4. de feria cum **℞**. de 2. feria cum missa dominicali et **℞**. de 3. et 4. feriis pretermittantur.  
 Feria 5. 6. et sabbato de commemorationibus.
1. **℥**. **☿** Dominica 3. post pascha de servitio dominicali et memoria de martyribus [Tiburtio Valeriano et Maximo]<sup>16</sup> et de resurrectione.  
 Feria 2. et 4. de feria cum **℞**. de 2. et 4. feria cum missa dominicali in 2. feria.  
 Feria 3. 5. et sabbato de commemorationibus.
2. **℥**. **☿** Dominica 3. post pascha de servitio dominicali.  
 Feria 2. 4. et sabbato de commemorationibus.  
 Feria 6. de feria cum **℞**. de 4. feria cum missa dominicali.
3. **℥**. **☿** Dominica 3. post pascha de S. Vitale, memoria de dominica et processio, ad matutinas 3. **℞**. cantetur ab uno solo.  
 Feria 2. 3. et sabbato de commemorationibus.  
 Feria 5. de feria cum **℞**. de 4. feria et cum missa dominicali.
4. **℥**. **☿** Dominica 3. post pascha de servitio dominicali.  
 Feria 4. 5. et sabbato de commemorationibus. Missa dominicalis dicitur in capitulo in 4. feria et **℞**. de 4. feria pretermittatur.
5. **℥**. **☿** Dominica 3. post pascha de servitio dominicali, memoria de martyribus [Nereo Achilleo et Pancratio]<sup>17</sup> et processio. In laudibus omnes antiphone dicuntur, ad processionem ante missam *Sedit ángelus*. cum **℣**. 1280.  
 Feria 2. et 4. de feria cum **℞**. de 2. et 3. feria cum missa dominicali in 2. feria.  
 Feria 3. de sancto Marco.  
 Feria 5. 6. et sabbato de commemorationibus et **℞**. de 4. feria pretermittantur.
1. **☉**. **☿** Dominica 3. post pascha de servitio dominicali, et processio.  
 Feria 2. et 4. de feria cum **℞**. de 2. et 3. feria cum missa dominicali in 2. feria.  
 Feria 3. 6. et sabbato de commemorationibus.
2. **☉**. **☿** Dominica 3. post pascha de servitio dominicali.  
 Feria 3. 5. et 6. de commemorationibus et missa dominicalis dicitur in capitulo in 3. feria.


3. ④. ① Dominica 3. post pascha de servitio dominicali.  
Feria 2. 6. et sabbato de commemorationibus.  
Feria 4. de feria, cum R̄. de eadem feria et cum missa dominicali.
4. ④. ① Dominica 3. post pascha de apostolo [Johanne ante port. latin].<sup>18</sup> Memoria de Dominica et processio. Ad 2. vespervas que erunt de S. Johanne Beverlaco : fiat solennis memoria de apostolo de dominica et de resurrectione.  
Feria 3. 4. et sabbato de commemorationibus.  
Feria 6. de feria cum R̄. de 3. feria et cum missa dominicali et R̄. de 4. feria pretermittatur.
5. ④. ① Dominica 3. post pascha de dominica.  
Feria 2. et 4. de feria<sup>19</sup> cum R̄. de 3. feria et de 4. cum missa dominicali in 2. feria.  
Feria 3. 5. et 6. de commemorationibus.

## ¶ *Dominica tertia.*

*Ad primas vesperas omnia fiant sicut in octavis pasche : usque ad antiphonam super psal. Magnificat. que erit ant.*


AS:258; 1519:241v; 1531:139v.

Ant.  
VIII.i.




2588.

- go sum \* alpha et oo primus et no-víssimus :



stel-la ma-tu-tí- na, e-go cla-vis Da-vid al-le-lú-ya.



*Ps. Magnificat. 69\*.*

*Oratio.*

**D**eus qui errántibus ut in viam possint redíre justicie, veritátis tue lumen osténdis : da cunctis qui Christiána professióne censéntur et

illa respúere que huic inímica sunt nómini, et ea que sunt apta sectári.  
Per Dóminum nostrum.

*Processio fiat ut supra. 1385. In revertendo, ut supra in ij. dominica post pascha, videlicet de sancta Maria, dicitur una de supranotatis antiphonis<sup>20</sup> per ordinem.*

## ¶ *Ad matutinas.*

*Invitatorium, hymnus, antiphone, psalmi et versus ut supra in proxima dominica precedenti. 1386.*



[*Evangelium*]<sup>21</sup> *Secundum Johannem, xvj. cap. (16-22.)*



**I**N illo tēpore.  
Dixit Jesus discipulis suis ; Mōdicum et jam non vidēbitis<sup>22</sup> me, et iterum mōdicum et vidēbitis me : quia vado ad Patrem. Et reliqua.

*Omelia venerabilis Bede presbyteri.*

(*5. II. libri.*)<sup>23</sup>

**L**eta Dōmini ac<sup>24</sup> Salvatoris nostri promissa fratres charissimi, leto cordis auditu percipere debemus, sedulāque intentione persistere : quatenus ad hec contingere mereāmur. Quid est enim quod merito lētius audiatur, quam pervenire posse ad

gāudium quod nunquam possit aufēri ? Notāndum autem quod tota lectionis hujus Evangēlice sēries illis convēnit : qui eam presēntes audiērunt a Dōmino. Pars autem illius etiā nobis, qui post passiōnem et resurrectionem Domīnicam ad fidem vēnimus : aptissime cōgruit, quod ergo ait, Mōdicum et jam non vidēbitis me, et iterum mōdicum et vidēbitis me quia vado ad Patrem : ad eos specialiter pērtinet, qui ejus discipulātui predicantis in carne adherere et post tristiciam passiōnis visa resurrectione et ascensione ejus letificari meruerunt.

*Responsoria sicut in dominica precedenti. 1387.*

*Lectio ij.*

**A**m quia hec illa qua tradebatur nocte locutus est : mōdicum erat, id est ejusdem noctis et diēi sequēntis tempus usque ad horam qua illum non vidēre inciperent. Tentus enim nocte illa a Judēis et in crastino crucifixus : cum sero factum esset depositus est de cruce, et intra septa sepulchri ab humanis seclūsus obtūtibus. Et iterum mōdicum erat usque dum illum vidērent. Resurrexit enim tertia die : et apparuit eis in

multis argumētis per dies quadraginta. Quare autem mōdicum esset et non vidērent eum, et iterum mōdicum et vidērent eum, annēctit causam dicens, quia vado ad Patrem. Acsi aperte dicat, Ideo post mōdicum a vestris aspēctibus in monumēti claustris abscondor, et iterum post mōdicum a destrūcto mortis impērio vobis vidēndus appareo : quia tempus est ut explēta dispensatione assumpte mortalitatis : cum resurrectionis tri-

[140r.]

úmpho jam revértar ad Patrem.

*Lectio tertia.*

**P**otest et áliter intélligi quod ait, Módicum et jam non vidébitis me : et íterum módicum et vidébitis me. Módicum quippe tempus erat futúrum quo eum non vidérent : illud scílicet tríduum quo erat quietúrus in monuménto. Et íterum módicum erat futúrum quo vidérent eum : illi vidélicet quadragínta dies in quibus eis post passióem suam sépius usque ad tempus ascensiónis appáruit.

Quod autem subjúnxit, quia vado ad Patrem : juxta hunc sensum ad illud speciáliter réspicit quod prémisit, et íterum módicum et vidébitis me. Acsi apérte díceret, Proptérea me resuscitátum a mórtuis, módico tém-pore vidébitis : quia non semper in terra corporáliter mansúrus, sed per humanitátem quam assúmpsi jam aum ascensúrus in celum.

*Ad laudes.*

*Capitulum.* i. Petri ij. (ii.)

**B**sécro vos tanquam ádvenas et peregrínos abstinére vos a car-


nálibus desidériis que mílitant ad- vérsus ánimam.

*Hymnus.* Sermóne blando. 1333.


Ÿ. Surréxit Dóminus de sepúlchro. 1240.

AS:258; 1519:241v; 1531:140r.

Ant.  
VI.



O-di-cum \* et non vi-dé-bi-tis me di-cit Dómi-



nus : í-te-rum mó-di- cum et vi-dé-bi-tis me qui- a va-do

3803.



ad Patrem al-le-lú- ya al-le-lú-ya. *Ps. Benedíctus. 63\**.

*Oratio.* Deus qui errántibus. 1406.

¶ *Ad iij.*

*Capitulum.* Obsécro vos. 1408.

¶ *Ad sextam.*

*Capitulum.* 1. *Petri ij.* (13.)

<b>S</b> ubjécti estóte omni humáne creatúre propter Deum : sive regi quasi precellénti : sive dúcibus	     	tanquam ab eo missis ad vindíctam malefactorum, laudem vero bonórum.
--	----------------	---

¶ *Ad nonam.*

*Capitulum.* 1. *Pet. ij.* (15.)

<b>V</b> olúntas Dei est ut benefaciéntes obmutéscere faciátis impru-	   	déntium hóminum ignorántiam.
--	-----------	------------------------------

¶ *Ad ij. vesp̄eras.*

*Ant.* Allelúya. *iiij.* 1339.

*Ps.* Dixit Dóminus. (*cix.*) [311]. *ut supra in octavis pasche.*

*Capitulum.* Obsécro vos. 1408.

*Hymnus.* Ad cenam Agni. 1340.

*V̄.* Mane nobiscum Dómine. 1324.

AS:258; 1519:242r; 1531:140r.

4519.

Ant.  
III.iv.



Uid est hoc \* quod di- cit Mó-di- cum al-le-lú-ya :



nescimus quid loqui-tur al-le-lu-ya. *Ps. Magnificat.* 58\*.

*Oratio.* Deus qui errantibus. 1406.

*He sequentes antiphone dicuntur per ebdomadam super ps. Benedictus. et Magnificat. cum repetitione earundem si necesse fuerit cum de feria agitur.*

AS:258; 1519:242r; 1531:140r.<sup>25</sup>

Ant.  
VIII.i.



1375.


- men amen di-co vo-bis \* qui-a plo-ra-bi-tis



et fle-bi-tis vos, mundus autem gaudé-bit, vos autem con-



tris-ta-bi-mi-ni : sed tris-ti-ci-a vestra verté-tur in gaudi-



um, al-le-lu-ya. S.A.E.

AS:259; 1519:242r; 1531:140r.


Ant.  
VIII.i.




5189.

Ris-ti-ci-a \* implé-vit cor vestrum : et gaudi- um

Dominica iij. post pascha.



vestrum nemo tollet a vo-bis al-le-lú-ya al-le-lú-ya.




S.A.E.

AS:259; 1519:242r; 1531:140r.<sup>26</sup>

202707.

Ant.  
IV.i.



- te-rum autem \* vi-débo vos et gaudé-bit cor



vestrum : et gáudi-um vestrum nemo tollet a vo-bis



al-le-lú-ya. S.A.E.

## ¶ *Feria ij.*

*Lectio j. Apoca. vj. (1.)*

**E**t vidi quod aperuisset Agnus unum de septem sigillis : et audívi unum de quatuor animalibus dicens tanquam vocem tonítrui, Veni et vide. Et vidi. Et ecce equus albus, et qui sedébat super illum habébat arcum : et data est ei coróna et exívit vincens ut vínceret.

Et cum aperuisset sigillum secúndum : audívi secúndum animal dicens, Veni et vide. Et exívit álius equus rufus, et qui sedébat super eum datum est ei ut súmeret pacem de terra : et ut ínvicem se interficiant, et datus est ei gládus magnus.

*Lectio ij. (Apoc. vj. 5.)*

**E**t cum aperuisset sigillum tertium : audívi tertium animal dicens, Veni et vide. Et ecce equus niger : et qui sedébat super eum habébat státeram in manu ejus.<sup>27</sup> Et audívi tanquam vocem in médio quatuor animalium dicentem, Bílibris trítici denáριο uno, et tres bílibres órdei denáριο uno : et vinum et óleum

ne léseris. Et cum aperuisset sigillum quartum : audívi vocem quarti animalis dicentis, Veni et vide. Et ecce equus pállidus : et qui sedébat super eum nomen illius mors, et inférnus sequebátur eum. Et data est illi potéstas super quatuor partes terre, interficere gládio et fame et morte : et béstiis terre. Tu autem.

*Lectio iij. (Apoc. vj. 9.)*

**E**t cum aperuisset sigillum quintum : vidi subtus altáre ánimas interfectórum propter verbum Dei et propter testimónium quod habébant : et clamábant voce magna dicentes, Usquequo Dómine sanctus et verus, non júdicas et non víndicas

sánguinem nostrum de his qui hábitant in terra ? Et date sunt eis [140v.] síngulis stole albe : et dictum est illis ut requiéscerent adhuc tempus módicum : donec impleátur número conservórum eórum et fratrum eórum qui interficiéndi sunt sicut illi.

## ¶ *Feria iij.*

*Lectio prima. Apoc. vj. (12.)*

**E**T vidi cum aperuisset sigillum sextum : et ecce terremotus factus est magnus. Et sol factus est niger sicut saccus cilicinus, et luna facta est sicut sanguis : et stelle celi ceciderunt super terram, sicut ficus emittit grosses suos cum a vento magno movetur. Et celum recessit sicut liber involutus : et omnis mons et insule de locis suis

mote sunt. Et omnes reges terre et principes et tribum et divites et fortes, et omnis servus et liber absconderunt se in speluncis et petris montium : et dicunt montibus et petris, Cadite super nos et abscondite nos, a facie sedentis super thronum : et ab ira Agni, quoniam venit dies magnus ire ipsorum. Et quis poterit stare ? Tu autem.

*Lectio secunda. Apoc. vj. (1.)*

**P**ost hec vidi quatuor angelos stantes super quatuor angulos terre, tenentes quatuor ventos terras ne flarent super terram, neque super mare, neque in ullam arborem. Et vidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis habentem signum Dei vivi :

et clamavit voce magna quatuor angelis quibus datum est nocere terras et mari dicens, Nolite nocere terre et mari neque arboribus : quoadusque signemus servos Dei nostri in frontibus eorum.

*Lectio iij. (Apoc. vj. 4.)*

**E**T audivi numerum signatorum centum quadraginta quatuor milia signati : ex omni tribu filiorum Israel. Ex tribu Juda : duodecim milia signati. Ex tribu Ruben : duodecim milia signati. Ex tribu Gad : duodecim milia signati. Ex tribu Aser : duodecim milia signati. Ex tribu Neptalim : duodecim milia signati.

Ex tribu Manasse : duodecim milia signati. Ex tribu Symeon : duodecim milia signati. Ex tribu Levi : duodecim milia signati. Ex tribu Ysachar : duodecim milia signati. Ex tribu Zabulon : duodecim milia signati. Ex tribu Joseph : duodecim milia signati. Ex tribu Benjamin : duodecim milia signati.

## ¶ *Feria sexta.*

*Lectio prima. Apoc. vij. (9.)*

**Q**UOST hec vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus et tribubus et populis et linguis, stantes ante thronum et in conspectu Agni, amicti stolis albis et palme in manibus eorum, et clamabant voce magna dicentes, Salus Deo nostro, qui sedet super thronum et Agno. Et

omnes angeli stabant in circuitu throni et seniorum et quatuor animalium : et ceciderunt in conspectu throni in facies suas et adoraverunt Deum dicentes amen. Benedictio, et claritas, et sapientia, et gratiarum actio, honor et virtus et fortitudo Deo nostro : in secula seculorum amen. Tu.

*Lectio ij. (Apoc. vij. 13.)*

**E**T respondit unus de senioribus dicens michi, Hi qui amicti sunt stolis albis, qui sunt, et unde venerunt ? Et dixi illi, Domine mi tu scis. Et dixit mihi,<sup>28</sup> Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna, et laverunt stolas suas et dealbaverunt eas in sanguine Agni. Ideo sunt ante thronum Dei : et serviunt ei die ac nocte

in templo ejus : et qui sedet in throno habitat super illos. Non esurient neque sitient amplius, neque cadet super illos sol neque ullus estus : quoniam Agnus qui in medio throni est reget illos, et deducet eos ad vite fontes aquarum. Et abstergit Dominus omnem lacrymam ab oculis eorum. Tu autem.

*Lectio tertia. Apoca. viij. (1.)*

**E**T cum aperuisset sigillum septimum, factum est silentium in celo quasi media hora. Et vidi septem angelos stantes in conspectu Dei : et date sunt illis septem tube. Et alius angelus venit, et stetit ante altare habens thuribulum aureum : et data sunt illi incensa multa, ut daret de orationibus sanctorum omnium,

super altare aureum quod est ante thronum. Et ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum : de manu angeli coram Deo. Et accepit angelus thuribulum, et implevit illud de igne altaris et misit in terram : et facta sunt tonitrua et voces et fulgura et terremotus magnus, et septem angeli qui habebant septem tubas :



Dominica iij. post pascha.

---

preparavérunt se ut tuba cánerent. | Tu autem Domine.

## Notes, pages 1401-1415.

- <sup>1</sup> 'DOMINICA III. POST OCTA. PASCHE.' *Chevallon*. [SB:dccccvii.]  
<sup>2</sup> SB:dcccci.  
<sup>3</sup> SB:dcccci.  
<sup>4</sup> SB:dcccciii.  
<sup>5</sup> '2.', 1531:139r.  
<sup>6</sup> SB:dcccciii.  
<sup>7</sup> SB:dcccciii.  
<sup>8</sup> 'et cum', SB:dcccciii.  
<sup>9</sup> SB:dcccciii.  
<sup>10</sup> SB:dcccciii.  
<sup>11</sup> SB:dcccciii.  
<sup>12</sup> SB:dccccv.  
<sup>13</sup> 'Sabbato,' 1525-6. [SB:dccccv.]  
<sup>14</sup> SB:dccccv.  
<sup>15</sup> SB:dccccvii.  
<sup>16</sup> SB:dccccvii.  
<sup>17</sup> SB:dccccvii.  
<sup>18</sup> SB:dccccvii.  
<sup>19</sup> 'de fest.' *Chevallon*. [SB:dccccx.]  
<sup>20</sup> 'ant. Anima mea.', 1519:241v.  
<sup>21</sup> 1519:214v.  
<sup>22</sup> 'Módicum et non vidébitis', 1519:241v.  
<sup>23</sup> *Bede Homilie Estivales de Tempore, Opera VII. 16.* [SB:dccccx.]  
<sup>24</sup> 'et', 1519:241v.  
<sup>25</sup> In BL-52359:168r. 'gaudébit' is set A.CD.CDC; 'tristícia' is set G.G.E.G.  
<sup>26</sup> BL-52359:168r. has the following:

et gaudé-bit cor me-um et gáudi- um vestrum nemo tol-lat

a vo-bis al-le-lú-ya.

The image shows two staves of musical notation. The first staff contains a sequence of square neumes on a four-line staff, with a clef at the beginning. The second staff continues the sequence, ending with a double bar line. The Latin text is written below the staves, with hyphens indicating syllable placement under the notes.

- <sup>27</sup> 'eis' *Chevallon*. [SB:dccccxiii.]  
<sup>28</sup> 'mihi' *Chevallon.*, *non mihi in hoc loco.* [SB:dccccxvi.]